

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gebri Arabis Chimia

Geber

Lugduni Batavorum, 1668

Rationes negantium artem in vitro & gemmis suppositam. Cap. XXIII

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

ratione sua fuerunt : quia ad illud pervenire nescierunt. Et hi similiter eam ex hoc non esse putaverunt, quibus omnibus obviamus ut prius.

Rationes negantium artem in vitro & gemmis suppositam.

CAP. XXIII.

Qui autem in vitro & gemmis ipsam posuerunt : cogitaverunt per vitrum & gemmas in corporibus alterationes reperire : & hi similiter in opere delusi sunt, quia non alterat quod non ingreditur. Constat autem quod vitrum & gemmæ non ingrediuntur, quia non funduntur fusione recta, ideoque non alterantur corpora ab eis. Sed et si conati sunt vitrum cum illis unire, cum vix hoc possit, non tamen propositum habent : quoniam vitrum ex corporibus faciunt. Et propter hoc hunc errorem æstinant super totam artem cadere, & sic eam arguunt non esse. Quibus omnibus respondemus, eos operari in non debita materia : ideoque indebite terminantes, non possunt ad suam intentionem pervenire, hancque artem ex suis erroribus interimere.

Ratiq-